



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiae Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiae

Cap. 1. Quid sit lex?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

TRACTATUS VIII

De Humanis Legibus.

CAP. I.

Quid sit Lex?

1 **L**ex vel à ligando, quod ad sui obseruationem homines liget, vel à legendo, quod lex scribi & publicè proponi soleat, vel potius si dicta videtur, quod sit lecta viuendi Regula.

2 Lex duplex est, naturalis & positiua. Lex naturalis est recta hominis conscientia. Positiua, quæ ex rerum natura non necessariò prouenit, sed magis est Magistratûs libera positiue.

Lex est secundum S. Thomam recta agendorum ratio à publica potestate communitati denuntiata, cum voluntate eam perpetuò obligandi.

3 Ad Constitutionem Legis 3. concurrunt. 1. Iudicium Practicum de agendo. NB. iuxta Molinam Conclusiones practicas de rebus agendis iureconsultorum, accedente principis voluntate, obtinent vim legis. *Omnia enim nostra facimus, inquit Iustinus, quibus auctoritatem nostram impertimus.* 2. Voluntas obligandi; quæ si absit non oritur lex. 3. Imperii denuntiatio.

4 Lex debet esse honesta, (respicit hæc cõditio materiam) iusta (respicit formam & æqualitatem) Possibilis secundum naturam, patriæ consuetudinem loco, temporibus conueniens, utilis, necessaria, rationabilis, pro communi vtilitate lata, iuxta l. 8. *non in singulas personas, sed generaliter consistunt.*

Diff
uata
in q
perf
guit
L

vel
tur,
dor
quic
83.

C
enim
cari d
insti
ges fac
ab om

L
tenu
oblig
non
cap.
man
titia
infra
beti
rend
lib.

Diff

Differt lex à priuilegio, quod priuilegium sit lex priuata. Denique lex debet esse constans & perpetua, in quodiffert à præcepto seu mandato, tendente ad personas singulares, cum quibus plerumque extinguitur, imò etiam per mortem mandantis.

Lex autem non extinguitur, nisi vel à legislatore vel successore reuocetur, vel consuetudine abrogetur, vel ob rerum mutationem inutilis fiat, iuxta Isidorum, Lex etiam debet esse manifesta, ne aliquid per obscuritatem in captionem contineat.

§3.

CAP. II.

De Promulgatione Legis.

Constat ex præcedenti Capite ad Essentiam Legis requiri, vt communicati denunciata sit. Cū enim lex sit communis viuendi regula, ideo publicari debet, vt omnes secundum eam actiones suas instituere possint, iuxta legem 9. C. de Legibus: *Leges sacratissima, qua constringunt hominum vitas, intelligi ab omnibus debent.*

Lex publicè in curia Principis promulgata, quatenus est ex sua parte, statim habet essentialem vim obligandi subditos omnes, licet secundum actum non astringat inuincibiliter ignorantes. Patet ex cap. 1. de Concess. præb. in 6. Lex seu constitutio & mandatum nullos astringunt, nisi postquam ad notitiam peruenerint eorundem; aut nisi post tempus, infra quod ignorare minime debuissent. Simile habet in igne, quod quidem per se habet potestatem vrendi omnes, sed neminem nisi propinquum *sibi, urit*

E 2 Ad